

immediatos, sed cum quaelibet quarta imaginetur diuidi per cir-
 culos horarum in sex partes æquales, ut dictum est supra, sequi-
 tur quod inter duos quoslibet circulos horarum immediatos in-
 tercipiuntur de gra. æquinoctialis circuli 15. gra. precise. Ex q̄
 sequitur, quòd si super ascensiones circuli alicuius anguli addide-
 ris 90. gra. habebis ascensioes circuli anguli immediate sequen-
 tis. Et q̄ si super ascensiones alicuius circuli horarum addideris 15
 gra. habebis ascensiones circuli immediate sequentis, & quod
 si super easdem ascensiones addideris 30. gra. habebis ascensioes
 secundi circuli ab illo. Et q̄ si super easdem ascensiones addide-
 ris 45. gra. habebis ascensioes tertij circuli ab illo. Et q̄ sic de cir-
 culo in circulum addendo 15. gra. habebis ascensiones omnium
 circuloꝝ horarum, & ex hoc sequitur quòd si super easdem ascen-
 siones addideris 60. gra. qui sunt gra. quibus subtenditur linea a-
 spectus sextilis, habebis ascensiones quarti circuli ab illo. Et q̄
 si super easdem ascensiones addideris 90. gra. qui sunt gra. qui-
 bus subtenditur linea aspectus quarti, habebis ascensiones sexti
 circuli ab illo. Et quòd si super easdem ascensioes addideris 120
 gra. qui sunt gra. quibus subtenditur linea aspectus trini, habe-
 bis ascensiones circuli octauij ab illo. Et si super easdem ascensio-
 nes addideris 180. gra. q̄ sunt gra. quibus subtenditur linea aspe-
 ctus oppositionis, habebis ascensiones circuli 12. ab illo. Et pro-
 prius ascensiones gra. oppositionis in eodem circulo, & sic secū-
 dum hunc modū extendendi radios & aspectus saluatur, quòd a-
 spectus sextilis semper est 60. gra. Et q̄ aspectus quartus est 90
 graduū, & quòd aspectus trinus est 120. graduum, & q̄ aspectus
 oppositionis semper est 180. gra. Et forte Ioannes Hyspalen.
 intellexit hūc modū in uerbis suis obscuris cum dixit, quòd aspe-
 ctus per latitudinem terræ fit, ut per quot gra. planeta fuerit in
 aliqua domo, totidē respiciat alterius domus iunctæ secundū la-
 titudinem terræ. Si enim imaginemur totum circulum æquino-
 ctialem diuidi in 12. partes æquales ad similitudinem 12. domo-
 rum faciendo principium ab ascendente, manifestum est, quòd
 quelibet portio erit 30 graduū, qui sunt quantitas graduum, qui
 sunt